Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



que unguentum. quod et sanguinem qui
erat in altari asperset super aaron
et vestimenta eius. et super filios illius
ac vestes eorum. Cumque sanctificasset
eos cum vestibus suis precepit eis dicens
Coquite carnes ante fores tabe-
naculi. et ibi comedite eas. pa-
nes quoque consecrationis edite qui po-
sti sunt in canistro. sicut preceperat mi-
hi dicens. aaron et filii eius
comedent eos. Igniq; autem relique
fuerit de carne et panibus. ignis
absumet. De ostio quoque tabernacu-
li exibitis septem diebus usque ad di-
em quo impleberit tempus consecra-
tionis vestre. Septem enim diebus fi-
nietur consecratio sacerdotum secun-
dum ritum: ut tribus sacrificiis compleretur. Die
ac nocte manebitis in tabernaculo
observantes custodias domini ne mo-
riamini. Sic enim michi precepta est
Fecerunt ergo aaron et filii eius
cuncta quecumque locutus est dominus per ma-
num moysi moysi :- viij

Facto autem octauo die vocaui
it moyses aaron et filios
eius ac maiores natu israel
Dixitque ad aaron. Tolle de ar-
mento vitulum pro peccato: et aretem
in holocaustum. vitulumque immaculatum
et offer illos coram domino. et ad filios
israel loqueris Tollite hircum pro peccato
et vitulum atque agnum anniculum. et
sine macula in holocaustum: bo-
ue et arietem pro pacificis: et mo-
late eos coram domino in sacrificio
olei similam conspersam oleo offe-
rentes. hodie enim dominus apparebit
vobis Tulerunt igitur ea quecumque ius-
serat moyses ad ostium tabernaculi
Vbi cum omnis multitudo astaret ait moy-
ses Iste est sermo quem precepit dominus
facere et apparebit vobis gloria eius

et dixit ad aaron Accede ad al
tare. et immola pro peccato tuo. of-
fer holocaustum. et deprecare pro te
et pro populo Cumque mactaueris hosti-
am populi. ora pro eis sicut precepit
dominus. Statim ergo aaron accessit ad
altare immolauit vitulum pro
peccato suo. cuius sanguinem obtulerat
ei filius suus. In quo tingens digitum
tetigit cornua altaris et fudit re-
siduum ad basim eius. adipemque et re-
niculos ac reticulum iecoris qui
sunt pro peccato adolevit super altare
sicut preceperat dominus moysi Carnes
vero et pellem eius extra castra
combussit igni. Immolauit et holo-
caustum victima. obtulerunt quoque ei
filius suus sanguinem eius: quem fudit
super altaris circuitum. Iam ceram ho-
stiam in frusta concisam cum capite
et membris singulis obtulerunt
que ora super altare remanserunt ig-
ni. Lotis aqua prius intestinis et
pedibus et super populi offerens mactaui-
it hircum: expiatoque altari fecit ho-
locaustum addens in sacrificio libamen-
ta. que parata offerunt. et adoleuit
ea super altare. absque cerimoniis
holocausti matutini Immolauit
et bouem atque arietem hostias pa-
cificas populi. obtulerunt quoque ei filius
suus sanguinem quem fudit super altari
circumdans. adipem autem bouis
et caudam arietis renunculosque cum
adipibus suis. et reticulum iecoris
posuerunt super pectora Cumque re-
mansisset adipes super altare per-
tulit aaron eleuans coram domino
sicut preceperat moyses et extendens manum ad populum benedixit ei
Descendit sacrificiis completis hostiis pro peccato et
holocaustis et pacificis. Descendit
ingressus autem moyses et aaron in
tabernaculum testimonii et dum
exiisset benedixerunt populo